



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Detractio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

ETIOL.

Detractione penitentia nostra probatur. Lib. 5.  
Peior est detraçtio in magni nominis viris, quam in plebei.

Cont. Pet. Obloquium est abfenti detrahere, & dolose mordere. In P. 1. 49.

Plus nocent in membris detrahentes Christo, quia animos creditorum interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt. De ſm.

Si hilari vultu detraçtorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi: ſi vero trifti, vt ait quidam, diſcit non libenter dicere, quod dicit non libenter audiri. In gl. ſup. P. 150.

Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triftis linguam detrahentem. Greg. in Prou. 2.

Bilinguis ſerpens habetur, atque mortalis, eo quod Diaboli miſter aliud linguam loquatur, aliud corde meditetur. Aug. in lib. de Paradis.

Caue, ne aut linguam, aut aures prurientes habeas, id eſt, aut ne ipſe detrahas aliis, aut alios audias detrahentes. Hieron. ad Nepotianum.

Nulli vnquam omnino detrahas, & ſi aliorum vituperatione te laudabilem videri velis, magis tuam vitam ornare diſce, quam alienam carpere: ac ſemper memor eſto ſcripturæ dicentis, Noli diingere detrahere, ne eradiceris. Pauci etenim ſunt, qui huic vitio renunciant. Ad Celanſ.

Rarumque inuenies, qui irreprenſibilem vitam ſuam exhibere velit, vt is non libenter reprehendat alienam: tantaque huius mali libido mentes hominum inuaſit, vt etiam qui procul aliis vitiis reſceſſerunt, in iſtud tamen quali in extraneum laqueum incidant. ibid.

Nil tam facile, quam otioſum, & dormientem, de aliorum labore & vigilis diſputare. In Oſcan.

Caue, ne ipſe detrahas a ſuis, aut alios audias detrahentes: non minus auribus quam lingua fugias detractionem: nam detraçtor dum te videt non libenter au dire, non facile poteſt detrahere. Epistol. ad Nepor.

Vilitum ſatis hominum eſt, & ſuam laudem querentium, alios viles facere: quia alterius vituperatione ſe laudari putant? & ſuo merito placere non poſſunt, place te volunt in comparatione malorum. Hier.

Sicut ſagitta, ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerantem: ita detraçtor, quum triſtem faciem viderit audientis, imo non audientis, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat ſanguinem: ſiſco conticeſcit, pallet vultus: hærent labia, ſalua ſiccatur. Epistol. ad Ruſſ.

Incongruum eſt lingua per totum mundum vagari, & corpore latere. ibid.

Per Salomonem dicitur, Noli eſſe in conuiuio potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad veſcendum conferunt. Carnes ad veſcendum conferre, eſt in colloquutione derogationis viciffim in proximorum vitia dicere. Greg. l. 14. mor.

Ii, quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant. In Ezech. Hom.

Quid aliud detrahentes faciunt, niſi quod in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde pulvis detractionis perflauerit, minus inde veritatis videatur. ibidem.

Lingua detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant: ita per ſui malitiam exercitas debemus æquanimitè tolerare, vt nobis meritum creſcat. Aliquando autem compeſcere: ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum, qui audire nos ad bona poterant, corda in nocentium corrumpant. ibidem.

Non maledicis ſurdo, &c. Surdo maledicere, eſt abſenti ac non audienti derogare: coram cæco offendiculum ponere eſt decretam quidem rem agere: ſed tamen ei, qui lumen diſcretionis non habet, ſcandali occaſionem præbere. In paſſ.

Omniem, qui palam veretur dicere, quod in aurem loquitur, ſuſpectum habeas: quod ſi coram te iudicare ille tenuerit, delatorem iudices, non accuſatorem. Bernhardtus in libro de conſideratione.

Detraçtor, & libens auditor, vterque Diabolum portat in lingua. Si pauperes, viles & abiectum reputat: ſi diues, ambitioſum, auarum & cupidum: ſi aſſablis, diſſolutum: ſi prædicator vel doctor, honoris & humani fauoris quaſitorem: ſi tacens, inutilis: ſi iſtius, hypocritam: ſi comedens, voratorem. Bernhardtus in ſerm.

Non ſolum ille reus eſt, qui falſum de alio profert: ſed & is, qui cito aurem criminibus præbet. Iſid. de ſum. bon. l. 3.

Non eſt ambiguum, omnem humani eloqui ſermonem contractioni obnoxium ſemper fuiſſe: quia diſſidentibus voluntatem moribus, diſſentientis quoque ſit motus animorum, & contra veritatem aut non intellectam, aut offendentem ſtultæ voluntatis error obnititur. Philariſus in principio libri de Trinitate.

Dentes diſti ſunt à demendo, ideo pulchre linguæ detrahentium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

